



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 106. Conventus primus Norimbergæ a Principibus Germaniæ celebratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. Synodi accederent, vel sese quoquo modo Basileensi Concilio opponerent, poenas in Synodo latis ipso facto incurfuros.

§. CVI.

Conventus primus Norimbergæ a Principibus Germaniæ celebratus.

Germaniæ Principes, literis Eugenii ad se datis permoti, apud Norimbergam, urbem superiori, & inferiori Germaniæ conterminam, conveniunt, tum ut res Imperii, suorumque statuum tractarent, tum etiam ut de illa, quæ inter Eugenium Papam, & Basileenses vigeat discordia tandem tollenda, ac restauranda pace deliberarent. Intererant quoque Basileensium Oratores, quibus Imperatoris, atque Principum legati exponerent, se illis pacis Papam inter, & Synodum conciliandæ arbitrium relinquere. Id muneris Basileenses omnino recusabant, quo facto iidem aliquo post tempore iudicii acta contra Eugenium restaurabant, & quamvis non modo Principum Legati, sed etiam Hispaniæ, Navarræ & Mediolanensis ditionis Prælati vehementer oblucentur, nihilominus in quadam Congregatione die decima sexta Octobris celebrata decernebant, Eugenio Papæ, ut accusationibus contra se prolatis responderet, diem esse dicendam.

§. CVII.